

VETUS, ET NOVA
ECCLESIAE
DISCIPLINA
CIRCA BENEFICIA, ET BENEFICIARIOS,
IN TRES PARTES DISTRIBUTA,
Variisque Animadversionibus locupletata;
AUCTORE, EODEMQUE INTERPP.
LUDOVICO THOMASSINO

Oratorii Gallicani Presbytero;
EDITIO OMNIUM NOVISSIMA,

Et accurate emendata;
Cui adjectus est
TRACTATUS BENEFICIARIUS
FR. CÆSARII MARIÆ SGUANIN

Pro indemniter salvandis Juribus SANCTÆ MATRIS ECCLESIAE quoad
BENEFICIA ECCLESIASTICA.

PARS PRIMA, sive TOMEUS PRIMUS,

UBI AGITUR

LIB. I. De primo Cleri Ordine. **LIB. II.** De secundo Cleri Ordine:
LIB. III. De Clericorum, & Monachorum Congregationibus.

QUESTIONIBUS SINGULIS EX ORDINE TEMPORUM

Ab exordio Ecclesiae ad Clodovæum, inde ad Carolum Magnum, rursus inde
ad Hugonem Capetum, denique ad hæc usque tempora pertractatis;
nusquam tamen interrupto earum contextu.

OPUS EX SANCTIS PATRIBUS, EX CONCILIIS,
Ex quorumque temporum Historiis decerptum:




NEAPOLI MDCCCLXIX.

EXPENSIS GREGORII P. & MICHAELIS F. STASI

Ex TYPOGRAPHIA RAYMUNDIANA

PUBLICA AUCTORITATE, ET PRIVILEGIO.





ELOGIUM HISTORICUM
P. LUDOVICI THOMASSINI,
ORATORII GALLICANI PRESBYTERI,

E Gallicis Elogiis Virorum Illustrium superioris saeculi
D. Peraltii Parisiis 1698.

A JOANNE DOMINICO MANSI.

Congregationis Matris Dei, Lucensi Latinis Litteris traditum.



DEO æquabilis vita genus sectatus est P. Thomassinus, ut totum ejus Elogium paucis transigi posse videatur; antequam enim apud Patres Oratorii instituendus traderetur, ubi & vite cursum absolvit, nullo alio, quam prece, & studio totus occupabatur. Sed incredibilis illa ad studium excolendum contentio tam largam cognitionum messem viro intulit, ut si explicare singula nostra hac commentatiuncula meditaremus (quod res ipsa exigeret, ut justam aliquam ejus ideam ingereremus) præscriptas nobis scribendi metas plus nimio cogeremur excedere.

Ex quo juveniles scientias, litteras scilicet humaniores, eloquentiam, & Philosophiam habuit familiares, docere alios aggressus, & aliorum profectum in eo studii genere, & studium maxime promovit; qua enim præstebat ingenii vi, & perspicacitate, nihil tractandum assumebat, quin nova simul plura, & inveniret ipse, & alios inventa doceret. Sed genio, & religiosi cordis pietate ad Theologæ studium velificatus, brevi unicæ huic oculis.

respondebo, adeo non multa hic ultro, citroque ventilari, pauca definiri; ut non facile aliud invenire sit Opus, in quo plura definiuntur. Quot Conciliorum generalium, & particularium, quot Pontificum Constitutiones prolatæ sunt a me, prolatæ sunt autem innumerabiles; quot sanctorum Patrum sententiae, tot prolatæ sunt a me definitiones. Nec enim Scripturar, Concilia, Pontifices, Patres loquuntur, nisi leges, decreta, definitiones. Nulla ergo propolita est a me quæstio, cuius non ibidem illico tot depromptæ sint definitiones, quot depromptæ sunt ineluctabiles hujusmodi auctoritates. At amo, ut ajunt, sub his auctoritatibus delitescere, & promulgata aliorum sententia meam ipse dissimulo. Qui me tam pulchro, & amabili convitio verberant, ne ipsi quidem negare possunt, quin quod criminis vertunt, in laudem redundet meam. Ubi enim de re qualibet sententiam dixere Pontifices, Synodi, Patres, num aliæ possunt esse partes meæ, quam ut assentiar, plaudam, conticescam? An non bene, & naviter impudentis, & mortalium insulsiissimi ego partes agerem, si ubi Pontifices, Patres, Concilia dixerent, & edixerent, tum meam quoque sententiam expeditari censerem? At non satis perspicuae, non satis certæ sunt illorum definitiones. An ergo meum est illis lumen, & pondus addere? Episcoporum est, sententiam dicere in rebus istiusmodi: non secundi Ordinis sacerdotum, non eorum certe, qui nullo gradu eminent, qui in turba jacent promiscua.





V E T U S E T N O V A
E C C L E S I Ä
D I S C I P L I N A
CIRCA BENEFICIA, ET BENEFICIARIOS,
DISTRIBUTA IN TRES PARTES,
Quæ & ipsæ in tres Libros singulæ distributæ sunt.

P A R S P R I M A,

IN QUÆ AGITUR { LIB. I. De primo Cleri Ordine.
LIB. II. De secundo Cleri Ordine.
LIB. III. De Monasticis Congregationibus.

L I B E R P R I M U S.

De primo & principe Cleri Ordine, de Episcopatu, & omnibus ejusdem gradibus, de summo Pontifice, de Patriarchis, & Exarchis, de Primatibus, & Archiepiscopis, de Metropolitanis, & Episcopis.

DE PLENITUDINE SACERDOTII IN EPISCOPATU.

De variis ejus gradibus, de Papa.

C A P U T I. P.I. l. i. c.l.

De Episcopatu in genere, prout omnes Episcopatus gradus amplectitur; esse in eo plenitudinem, summumque apicem spiritualis amplitudinis, & sacerdotalis imperii.

I. Christus Ecclesie sue summa aeterna que lex est, & eternus Ponifex.

II. In eis se recepturus, & Pontifica Thomas. Tom. I.

tum suum splendidissime ibi explicaturus, ejusdem vicarios & ministros sue ante in terris Ecclesie praesecit.

III. It sunt Apostoli, & Episcopi Apostolorum successores.

IV. Hos in consortium ascivit Pontificis sui & sacerdotalis imperii, ut insis erat consentaneum.

V. Non ergo Episcopatus mera est extensio Presbyteralis Ordinis, ut facile dilicitur,